



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118464

§. 36. Carolus Hispaniarum Rex ad Cæsaream dignitatem a Friderico
Saxoniae Electore nominatus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

Sæcul. XVI. „ ad eam prolabamur ignaviam, ut Im-
A.C. 1519. „ perii sceptrum, quod hodieum in ma-
 „ nibus nostris est, a nobis abjiciamus,
 „ illudque rursus Gallis vindicemus. „

Hæc Friderici oratio adeo non Ele-
 ctorum animos ab arrepto consilio amo-
 vit, ut repetitis etiam precibus eundem
 ad acceptandum Imperium urgerent; ni-
 hilominus Fridericus illud constanti ani-
 mo respuit. Hac illius modestia animi-
 que sinceritate capti eundem, ut saltem
 eum, quem ipse Imperio digniorem bona
 fide censeret, nominaret, obtestabantur
 Electores, polliciti, se illius iudicio ad-
 hæsurus. Ast ne id quidem muneris in
 se suscepit Fridericus, eorum, quos ex-
 cluderet, indignationem veritus.

§. XXXVI.

*Carolus Hispaniarum Rex ad Cæsa-
 ream dignitatem a Friderico Sa-
 xoniæ Electore designatus.*

Cum vero rursum instarent Electores,
 Fridericus palam exponebat, meum,
 si expetitis iudicium, fides ac conscien-
 tia mea mihi testis sit, quod præter Re-
 gem Catholicum neminem alium Impe-
 rii solio digniorem reputarem. Mox una-
 omnes in eandem descenderunt senten-
 tiam.

*Pallavicin.
 hist. Concil.
 Trid. l. I.
 c. 25.*

§. XXXVII.